



## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Tractatio Synoptica De Ivdiciis Ad Lib: II. Decretal:  
Gregorii IX.**

**Herberstein, Ferdinand von  
Tabarelli de Fatis, Donato Vincenzo**

**Spirens., 1660**

9. An legitimè citati ad ferendum testimonium comparere nolentes  
compelli poßint, & qui?

**urn:nbn:de:hbz:466:1-11416**

tati. 17. h. tit. Covar:pract: q. cap: 16. nu-  
mer: 6. idque ob metum subornationis  
testium: quamvis loquendo de publica-  
tione hac, ea non sit de substantia pro-  
cessus secundum communem sent. Gail:  
lib: 1. observ: 105. num: 5.

9. Sed quid si testes legitimè ad feren-  
dum testimonium citati comparere no-  
lint, vel odio, vel timore, aut alia simili  
de causa etiam præsentes testificari renu-  
ant, an cogi poterunt? Respondeo compel-  
li posse utroq; jure toto h. t. L. si quando.  
cum Auth. seq: C. de testib: secundum fori  
qualitatem, idq; vel captis pignoribus, vel  
mulcta, vel per censuras. cap. 1. 2. & 5. h.  
tit. Et quidem in causis non tantum civi-  
libus cap: 1. 2. 6. & 7. h. t. sed etiam in cri-  
minalibus, per cap. pervenit 4. & 5. cap. su-  
per his cap. cum contra h. tit: etiamsi si quis  
in testem vocatus jurasset se non testifica-  
turum cit: cap. pervenit. quia cum tale  
juramentum sit contra bonos mores,  
(quatenus Reipublicæ perniciosum, pri-  
vatis damnosum, si rei veritas occultetur)  
non est obligatorium, ut constat ex cap: non  
est obligatorium. de R: I. in 6. Dixi in te-

Item vocat<sup>9</sup>, quia extra eum casum jurans se non revelaturum secreta, si contraficiat perjurus efficitur. *Gail cit: obs: 100.* Neque obstat *cap. 3. h. t.* quia cum dicit testem monendum esse, & non urgendum transferendum testimonium, vult solūm non esse urgendum statim à principio, sed prius monendum, quia monitio præcedere debet coactionem. *cap. 1. h. t.* non autem prohibit quo minùs cogatur, si non proreat, *Gl. ibid:* Non etiā obstat *cap: 100. t.* quia ibi agitur de criminibus, quæ ipsi testibus objiciuntur, ut refert *Host: insum: t. n. 2.* Cæterūm non desunt, qui adferendum testimonium cogi non possunt, ut in primis Confessarii, quia illa non ut homo, sed ut Christi Vicarius scire intelliguntur. Præterea excipiuntur complures personæ, quæ enumerantur partim in *L. inviti 19. ff. de testib:* ut senes, valetudinarii, milites, qui cum Magistratu Reipublicæ causa absunt, vel quibus venire non licet partim in *can: si testes* §. item in lege *Jul: 4. q. 3.* inter quos sunt cognati, & agnati non quidem omnes, qui à latere se contingunt, & nullo communi potestatis p-

triæ vinculo tenentur: hi enim licet pos-  
sint esse testes; non tamē adhuc cogi pos-  
sunt, usq; ad septimum gradum, ut collig-  
itur ex *citata L. 4.* nisi defectu testium a-  
liunde veritas haberi non possit: quia tunc  
favore eruendæ veritatis meritò cessant  
eorum privilegia propter publicam utili-  
tatem *cap. 1. h. t.* adeò, ut in Clericis quoq;  
receptum sit, ut licet ad testificandum in  
causis laicorum compelli nequeant, ta-  
men deficientibus probationibus aliun-  
de, cessante eorum prærogativa coram  
suo Judice Ecclesiastico testificari debe-  
ant. *Can: quanquam junc. Gl: 14. q. 2. vel eti-*  
*am coram seculari cum Superioris licen-*  
*tia tamen Gail: obs: 100. n. 15.*

## TITULUS. XIII.

DEFIDE INSTRUMENTORVM.

## C A S U S.

Rvdolphus Austriacus Noribergæ  
quendam Hospitem seu diversi-  
torem ab Advena accusatum, quod  
depositas apud se ducentas argenti  
marcas negaret, inter primarios Ur-

K 5 bis